



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Crederet in Christum intra aut extra Ecclesiam, an idem sit. tit. 197

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

sanctus. At heretici fingunt nonas glossas, & defen-
dunt, sicut iam Anabaptistæ de baptismo disputant.
Marc. ult. Qui crediderit? &cæ Sacramentarij deo,
quod dicitur, Hoc est corpus meum. Matth. 26. Luc-
rus de sola fide, Ro 3. Vualdenses, de suo sacerdotio,
1. Pet. 2. Et de traditionibus humanis, Matth. 11. Sic Oli-
andrini, in habitatione Dei, quod ad iustificatio-
nem, Ioan. 14. Ad eum veniemus. Sic Maioriste, quod
opera sunt necessaria ad retinendum, non ad meren-
dum salutem. Summa, non es certus de salute, nisi
in Ecclesia fueris catholica. Nec Christus esse vult cū
illo, qui discordat cū proximo. Nā dicit Mat. 3. Recon-
ciliare fratri tuo, & 1 Ioā. 4. Qui dicit diligo Deū, &c.

CREDERE IN CHRISTO

intra aut extra Ecclesiam an idem sit,

TITVLVS CXC VII.

QUAE B initio Ecclesiae, mota est haec quaestio.
Sed fides Catholica fundata in Christi
& Apostolicis verbis, credit quod non
idem sit credere in Christum intra vni-
versam Ecclesiam & extra, sicut non euidē
efficaciae est oratio Dominica, Mat. 6, in odio aut ab-
que odio dicta, aut munus altaris oblatū in vnitatem
& in odio, Mat. 5. sicuti etiam sacrificium Cain & A-
bel, Gen. 4. Ideo fides in Christum extra Ecclesiam, non
est utilis, Mat. 5. Omnis qui irascitur fratri suo, reus
est iudicio & 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem, non
aut charitatem, nihil prodest, 1. Ioan. 4. Qui dicit,
Diligo Deum, & tamē odit fratrem suum, mēdax est.
Ideo est magna differentia inter fidem & sacramenta
extra ecclesiam, i. vnitatem catholicā, & intra vnitatem.
Labes enim odij schismatis distinguit. Ideo orat Apo-
stolus 1. Cor. 1. ne sint in nobis schismata.

Secūddō, sic credidit ecclesia ante annos plus, mille
tēporibus Cypriani, Augustini, & Chrysostomi &c.
Primō

Primò Cyprianus aduersus Nouatianū: vna est Eccle-
 sia inquit, sicut vnus Sol radios suos diffundens per
 orbem: qui in illa non est, etiā à promissis eccle-
 siæ separatur, &c. Nec martyriū abluit hanc labem schif-
 matis. August. de vnico baptismo. cōtra Petilianum,
 cap. 9. Hoc custodimus strictè, inquit, q̄ si quis extra
 Ecclesiā fuerit baptizatus, inesse quidē Baptismū, sed
 non prodesse. & lib. 4. contra Donatistas cap. 18. Schi-
 smaticus alioqui vir pius & bonus, &c. non saluabi-
 tur &c. Gal. 5. Sectæ regnum Dei nō consequētur: sa-
 tis autē ideo facit contemnere sectas hūc articulū
 fidei, Credo vnā Ecclesiam catholicam, quia scit, q̄
 extra illā vnitatē nec cæteri articuli fidei, nec sacra-
 menta, nec bona opera profunt, 1. Cor. 13. Scēdō do-
 cuerunt oēs Catholici doctores, & Aug. libr. 1. contra
 Donatistas, cap. 12 q̄ quicquid boni attulit sacramē-
 ti sanctitas, ilicō & eodem puncto facit inutile labes
 schismatis, siue sit in iam baptizadis, vel adultis, qui
 schismatici efficiuntur, iuxta illud Matt. 18. Serue ne-
 quam, omne debitū dimisi tibi. Ideo Augu. Epist. 165.
 angelus de cœlo, &c. Et libr. 1. contra Donatistas,
 cap. 8. Quid prodest habere membra, &c. Non ergo
 est, credere in Christum in odio proximi, id est, ex-
 tra ecclesiam, & in charitate cum pximo, & in Epist.
 14. Multi putāt nihil interesse, vbi fides teneatur, vel
 extra aut extra ecclesiam, sub secta aut Catholica Ec-
 clesia, modò Deus honoretur & Christus. At hoc fal-
 sum est, alioqui schisma non esset peccatū. Et Aposto-
 lus: Fratres, obsecro vos per nomē Domini nostri Ie-
 su Christi, ne sint in vobis schismata. Stat sententia
 Apostoli, 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidē Et Gal. 5.
 sectæ regnum Dei &c. Et tota scriptura quid aliud
 post fidem exigit, nisi charitatem, id est, vnitatem?
 Tertio, ppter hanc confessionē Ecclesia tulit mul-
 tas psecutiones, sicut & hodiē, q̄ sectæ volunt esse ec-
 clesia, & q̄ vtilia sint eorum sacramenta, &c. August.

Epist. 166. Propterea nos odiunt Donatista, q̄a pecculū schismatis eis denunciamus, rogamus & petim⁹ vnitatē, vt catholicā ecclesiā sese subijciant: sed si dire noluerint, liberamus animas nostras, & vere credere. Sic Iudei, & sic etiā hāretici suam sectam eferunt, & dicunt esse ecclesiam: sed cū nullum horum sit vniuersale per totū orbem diffusum, sicut ecclesia: ideo hęc sola habet testimonium veteris ecclesiā, reliqua nō curantur: tamē sequitur nunc persecutio, spoliatio ecclesiarum, expulsio, &c. sed beati qui persecutionem patiuntur, &c. Matt. 3.

EXTRA VNITATEM CATHO-

licam an sit remissio peccatorum.

TITVLVS CXCVIII.



Vlti carnales hoc tempore dicunt, sicut ficit mihi ad salutē, quia doleo de peccatis, & credo in Christum. Hęc mihi impetrant remissionem peccatorum. Non curo esse intra aut extra Ecclesię vnitatem, vnitas enim hęc ficta est à Papistis.

Primò, videatur de hac re Cyprianus aduersus No- uatianum sectarium. Hoc enim propriū est sectis, quoniam scripturam aut falsificant glossa, aut cor- rumpunt, extrema scripturę solū allegantes, sed me- dia & circumstantias non attendunt: docent enim, si- des te saluat, sed non explicant, quid ad fidem perti- neat, videlicet pœnitētia & charitas, quando sine pœ- nitētia fides nihil est: ob id Christus iungit simul pœ- nitentiam & fidem, Marc. 1. Pœnitentini & credere Euangelio, & fides sine charitate nihil prodest, 1. Cor. 13. Gal. 5. omnia illa simul hoc verbum fides compre- hendit, &c. Remissio ergo peccatorū non fit sine pœ- nitentia & charitate, quę generat vnitatem. Fides er- go sola sine pœnitentia, non impetrat remissionem, nec